



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro singulis Anni diebus

Complectens Julium, Augustum, Septembrem

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 9. De pœnitentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60520)

Ibit homo ad domum æternitatis suæ. Augustus.
Eccli. 12. 5.

A momento pender æternitas.

DIES IX.

De Pœnitentia.

*Ea proportionem cum peccatis habere
debet.*

I.

Pœnitentia magnitudini, & gravitati ^{Sacrificium}
peccatorum respondeat, necesse est. ^{Deo spiritus}
Hæc, inquit Propheta, sacrificium quod ^{contribula-}
dam est: verum sacrificium esse debet justi- ^{tus. Psal. 50.}
tiæ, ut Deo acceptum esse mereatur. ^{19.} Ut ^{Tunc acce-}
verò justitiæ sacrificium sit, proportionis ^{ptabis sacri-}
normâ utendum inter magnitudinem pæ- ^{ficiū justia-}
narum, & peccatorum. Offensæ leves, ^{tia. Ibid.}
inquit S. Augustinus, levioribus pænis ex-
piari possunt: gravibus verò graves debentur
pænæ. Prioribus satisfit per preces;
posteriores sarciri non possunt, nisi gemitibus
frequentatis, lachrymis abundantibus,
magnis eleemosynis, & jejuniis extraordinarijs.
Magnus peccator magnus sit
pœnitens oportet. Agisne hunc in mo-
dum tu, qui potens es in iniquitate? ut SS. ^{Sal. 51. 3.}
pa-

Augustus.

paginae loquuntur. Imbecillis es in poenitentia agenda; grandis es peccator, & ignavus poenitens. At, credisne levibus poenitentijs Deum mitigari? annon potius times, ne illae magis ipsum irritent, teque obligent ad poenitentiam de ignavis tuis poenitentijs agendam?

Dicit. 2^o.

II. Secundo Poenitentia proportionem habere debet cum multitudo, & diuturnitate peccatorum: propterea SS. Litterae hanc nobis regulam praescribunt: *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus.* Nulum est peccatum, quod peculiarem poenam non mereatur; idcirco, ubi multa peccata sunt, ibi multae debent esse poenae. Et, si iniquitas longo tempore duravit, poenitentiam adeo brevem esse non decet: an non insolitum quid est, quod homines, qui, ut ita loquar, sub iniquitatis iugo incanescere, poenitentiae jugum tam cito excutere velint? quod ij, quorum vitae momenta peccatorum numerum aequant, poenitentiam suam aliquot momentis terminare, paucorumque dierum, & forsan etiam horarum spatio circumscribere velint poenitentiam scelerum, quae plures annos tenuere? Illi, qui peccata peccatis cummulare, ad lacrymas fere perennes condemnari mererentur, & ij, qui totam fere vitam

tam

tam in peccatis transegere, ad poeniten- Augustus.
tiam non nisi cum vita finiendam. Esne
ad hoc paratus? felicem te, si mors te de-
prehendat tam sancto exercitio occupa-
tum!

III. Denique poenitentia habere pro-
portionem debet cum qualitate, ut vocant,
peccatorum: hinc iniustitiæ sarcindæ
sunt per restitutiones, & non solum per
eleemosynas; simultates per reconcilia-
tiones; detractiones per honoris restitutio-
nem; vita pravi exempli per poenitentiam
publicam; nimius mundi amor per ejus-
dem fugam, & sui ab eo separationem;
tot periculosæ, vel inutiles visitationes per
visitationes pauperum; tot tempora lectio-
ne librorum pravorum, vel conversatio-
nibus æquo liberioribus perdita per lectio-
nem voluminum piorum, meditationem,
& silentium; abusus bonorum nostrorum,
quem lusibus, vel alijs quibuscunque ex-
pensis penitus mundanis admisimus, per
eleemosynarum largitiones. Luxus, &
vanitas per modestiam; cura immoderata
formæ venustatem exornandi per sanctam
aliquam sui ipsius incuriam; arrogantia, &
superbia per vitæ demissæ, & poenitentis
exercitia. Agisne hunc in modum poeni-
tentiam? Cum poenitentia complecti ne-

Augustus.

cessario debeat vitae mutationem, poenitentiam non agimus, si hunc in modum eam non agamus. Ex hoc collige, quam parvi ducere transactam tuam poenitentiam possis.

Examina nonnihil poenitentias tuas juxta hasce regulas; tum cognosces, quantum absis ab ijs observandis, & quantopere, quod consequens est, poenitentiae tuae suspectae tibi esse debeant.

Pro mensura delicti erit & plagarum modus. Deut. 25. 2.

Putant levi poenitentiae compendio de omnibus peccatis transigi posse. Petr. Bles.

DIES X.

De Timore Judiciorum Divinorum.

I.

Inis. Christ. l. 3. c. 14. **I**ntonas super me, dicebat Sanctus ille vir, judicia tua Domine, & timore ac tremore

Psal. 85. 7.

concutis omnia ossa mea, & expavescit anima mea valde. Nam judicia tua abyssus multa, quae fundum non habent; arcana sunt ingenio humano impenetrabilia; viae sunt oculis perspicacissimis occultae, caeli non sunt mundi in conspectu tuo. Illi, qui

Iob. 15.

fidelissime tibi serviunt, perseverantiam si-

bi